



**EXIMI-//VM PLANEQVE DIVI-//NVM OPVS
INCOMPARABILIS// Theologi Dionysij, professione
Car//thusiani, in quo opere contine[n]tur// quinque
humanae uitae specu//la**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1540

Prooemivm Avthoris In Librvm Secvndvm, qui dicitur speculum
subditorum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55481](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55481)

PROOEMIUM AVTHORIS
IN LIBRUM SECUNDUM,

qui dicitur speculum subdito-
rum.

CONSIDERANS quamplurimos utriusque
sexus religiosos grauter in uia religionis er-
rare, zizania tritico miscere: quod uidebantur congre-
gare, dispergere, spem messis auibus ferisque donare,
sicque omne meritum sui laboris & rigoris ordinis re-
mittere: & hoc maxime propter uicium & uenenum
proprie uoluntatis ac sensualitatis, dicente beato Au-
gustino ad fratres de eremo, quod sine obedientia o-
mnia uacua sunt a mercede: & beato Benedicto in re-
gula sua: omne quod sine iussione aut permissione
spiritualis patris fit, presumptioni deputabitur & ua-
nae gloriae non mercedi. Item Seneca: Hoc solum uir-
tuti adicies quod proprie uoluntati detraxeris, in Po-
lycratico dicitur, quod in sola abnegatione proprie Li. 7. ca. 22.
Ca. de relig.
uoluntatis uera religionis summa consistit. Causa quo-
que praedictorum ponitur in Decretali capitulo si re-
ligiosus, ubi sic habetur: Monachi arbitrium uelle uel
nolle non habet, sed ex aliena uoluntate depedit. Et ite-
rum: Monachus debet alieno iudicio & imperioambu-
lare, propter hoc legitur de sancto Fulgentio episcopo
quod sine suo consilio nihil sinebat, etiam suum praepositu-
m agere. Idcirco ego quod locum regiminis indigne teneo,
ad omnipotentis dei et domini nostri Iesu Christi gloriam ac sue
beate matris semper uirginis honorem, & mihi commis-
sorum omnium religiosorum informationem, ex multis libri
sancto-

PRAEFATIO AVTHORIS

sanctorum, elegantiores sententias colligi, de materia uicij propriæ uoluntatis, de requisitis ad perfectam & meritoriam obedientiam, & de fructibus ipsius scientiæ obedientiæ, imitatus cõsiliu Senecæ ita ad Lucillum, dicetis: Imitari inquit apes debemus, quæ colligunt flores, quibus diuisis & in fauam dispositis, uarios succos in unum saporem artificio mixtura & quadam sui spiritus proprietate transfundunt. Talis erit occupatio mea, antiquorũ tractatibus inhærebo, nec

Authore hũc
sol nũq̃ uidit
ociosum,

me si potero sol unquam inueniet ociosum. Siquidem non sic exterior me sollicitudo reparare debet, ut animam meam pro qua mortuus est Christus, curarũ secularium abyssus absorbeat. Et certe ratione officij cõmissi teneor ad eruditionem subditorum, in sacra scriptura me exercere. Omnino enim iniquum est ingenia nobiliora studijs dehonestari minoribus, & eos quos ardua & grauiora manet officia, uoluptatis aut uani

Lib. 1. cap.
3.

tatis occupationibus agitari, ut dicit Ioannes Saresbriensis episcopus in Polycratice suo: Ociositas inimica est animæ. Si nõ legero, si nõ studuero, dormitabit anima mea præ tædio, & hostes mei animæ meæ sabbara deridebunt. Certe solo sacri eloquiũ testimonio Christus contra omnes diaboli tentationes usus est in deserto. Et quia sine tentationibus uix hora dimidia transigitur claustralis uita, ideo nobis necessaria sunt sacre scripturæ suffragia, cuius lectio frequens, conatus hostiles euacuet atq; turbines æstuantium tentationum quadam gratiæ serenitate tranquillet. Non potest autem esse præclarior famæ titulus in prælato, quã si subditos uerbo instruat & exemplo, reddens eos acceptabiles domino sectatores honorum operum, in similitudinem huius quod scribitur figuratiue in Genesi: Elyeser præerat omnibus quæ habuit Abraham.

Gen. 24

Elyeser

Elyseus interpretatur dei mei sanctificatio, & designat figuratue prælatum, per cuius discretam eloquentiam sanctificari debent subditi: Melius ei est domum suam augere moribus quàm possessionibus, melius est cælum implere quàm horreum. Nunquid uox saluatoris est ad principem Apostolorum & prælatorum: Si diligis me, possessionum terminos dilata, auge reditus, multiplica uinaria, ædifica domos altas. Legimus eum dixisse ad Petrum: Si amas me, pasce oues meas. Hæres ergo & uicarius Petri, id est, prælatus, pasce re debet oues, scilicet subditos suos, euangelizando, facere debet opus euangelistæ & pacis, faciat alium pro se molere, id est, curam possessionum & sollicitudinem alteri cõmendet. Ipse animarum saluti soletter intendat. Magnis additus est, nõ debet in minimis occupari. Minima & uilia sunt quæcumque ad seculi quæstus, & non ad lucrum pertinent animarum. Vacuenda secularibus oportet esse animum diuinæ seruitutis obsequio cõsecratum: Modis ergo omnibus caueat prælatus ne secularibus se inuoluat. Nulla enim cõsonantia est spiritus dei ad spiritum huius mundi. Adhuc repleo: Semper sit prælatus in exercitio scripturarum & cum omni diligentia non solum uerbo, sed opere & exemplo curet parare domino plebem perfectam. Aedificet subditos sibi, uultu, aspectu, gestu, habitu & incessu. Viuere & non dare operam ut recte uiuatur, uitã perdere est. Igitur sic præsit ut profit. Væ his qui præsidere hominibus, nisi præsideat eis deus. Sunt qui honores uirtutes reputant, suisque meritis adscribunt gradum eminentiæ, quæ in ira dei fortassis adepti sunt. Vereor ne de illis queruletur dominus & dicat: Ipsi regnarunt & non ex me. Principes extiterunt & ego nõ cognoui. Ira est non gratia, cum quis ponitur super uerum

Prælato modis omnibus
caueda πολυπραγμοσύνη

cum

PRAEFATIO AVTHORIS,

noris assumptio multis tēratio & facta est subuersiōis
Heb. occasio. Hoc ergo praelatus quisq; sentiat in semetipso
quod & in Christo Iesu, ut sicut exinaniuit se formam
serui accipiēs: sic eorum qui sibi subiecti sunt, seruum
se reputet humilem & abiectum. Non sit sibi dedecori
humilitas, quæ decuit filium dei. Non itaque se domi-
num exhibeat, sed ministrum. Petrus Apostolus dicit:
Non dominantes in clero, sed forma facti gregis in
populo. Vnde gloriabitur miser homo de immundo
conceptus semine, genitus in peccato et natus breui uī-
uens tempore, fugiens uelut umbra, & nunquā in eo-
dem statu permanens? Qui tumet inani gloria, omni-
us uacuuus est, tam plenus nihilo, quam superbiæ uen-
to. Si gloriari oportet, ait Apostolus, de meis infirmi-
tatibus gloriabor. Gloria enim praelati est si seipsum
miserum iudicat & infirmum insufficientem oneri, &
honorē indignum. Hæc Petrus Blesensis. Audiant præ-
lari & paueant, qui se in scripturis diuinis, ut subdi-
tos prædicando ædificant non exercent, comminatio-
nem domini Iesu dicētis Matt. utgesimotertio. Vt uo-
bis scribæ & pharisæi, qui clauditis regnum cælorum
ante homines. Spiritualiter secundum Chrysostrōmū
regnū cælorū sunt sacræ scripturæ, quia in eis regnū
cælorum est insertum. Ille autem claudit hoc regnum
alteri, qui clauem p̄tertat & non aperit, scilicet qui ha-
bet scientiam & docere contēnit. Beda super illud: Pæ-
stores loquebantur ad inuicem: Non celauere silentio
p̄stores arcana, quæ diuinitus agnouerant: sed qui-
buscunq; potuere, dicebant, quia & spirituales ecclesie
pastores in hoc maxime sunt ordinati, ut uerbi dei my-
steria prædicent, subiectos suos cælestibus scriptura-
rum pascuis nutriant, & mira quæ in scripturis didi-
cerant, mirāda suis auditoribus ostendant. Porro sub-
diti,

Gloria præla-
ti quæ esse de-
beat.

diti, prout diffusius dicitur in sequentibus, debet præ
 lato suo & patri suo spirituali propter curam & cōser- Hebr. 13.
 uationē, obedientiā, benevolentiam & honorē. Et me-
 rito. Nam ipse pro eis tenetur reddere rationē, tene-
 tur eos instruere per informationē, tenetur eos foue-
 re per compassionem. Iste pater debet sicut Helias, de
 quo dicit Helizeus. Pater mi pater mi, currus Israel et
 auriga eius. Et sic talis prælatus debet esse ut currus,
 supportans suauiter debilitates infirmorum, ut auri- 4. reg. 2.
 ga pungens uiriliter negligentiam acediosorū. Itē de-
 bet esse arca domini, in qua fuerūt uirga Aaron tabu-
 læ testamenti & manna. Ista in prælato debet esse, uir-
 ga castigationis, tabulæ informatiōis, & manna con-
 solationis. Itē habere debet nō solum faciē leonis per
 austeritatem, sed etiā faciē hominis per mansuetudi-
 nem & pietatē. Vnde August. Consolatione pius pater
 sit ad omnes. Exhibere se debet maioribus deuotū, mī-
 noribus blādum, æqualibus māsuetū, rigidū superbis,
 benignū humilibus, misericordē penitētibus, inflexi- Lib. 4.
 bilē obstinatis. Docet Plut. & recitat in Polycr. qd pri-
 ceptus debet esse in populo sicut citharæd^o. Nā sicut citha-
 ræd^o chordas oberrātes cōpellit & ad dulcē harmoniā
 adducit: ita princeps siue prælatus nūc rigore iustitię,
 nūc remissione clemētię subditorū faciet harmoniā.
 Hoc autē certū est qd tutius est chordas remittere q̄ pro-
 tēdi. Remissa nāq; per artificiū corrigitur & debitā so-
 ni reddit gratiā, quæ autē semel rupta est, nullo artifi-
 cio reparatur. Propter qd scribitur in Prouerb. Mise- Prou. 29.
 ricordia & ueritas custodiūt regē, & roboratur clemē- lib. 1. ca. 2.
 tia thronus eius. Vnde Seneca de clemētia: Nullū cle-
 mentia ex omnibus q̄ regem magis decet. Et capite ter-
 tio: Clementia in quamcunq; domum peruenit, eā feli-
 cē & tranquillā præstabit. Et infra cap. 4. Si dii placā-
 bile

PRAEFATIO AVTHORIS,

& tranquillam praestabit. Et infra cap. 4. Si dii placabiles & æqui, delicta potētū nō statim fulminibus persequūtur, quāto æquius est hominē hominibus praepositum miti animo exercere imperium æquiritis. Et infra eodem capitulo optime docet ex principum conscientia, qualiter debent se habere ad subditos, dicens: ut se talem exhibeat princeps civibus, quales sibi deos velit esse. Sic etiam Aeneam docuit Anchises pater suus, sicut recitat Virgilius. Vnde Valerius de Alexandro, libro quinto, capite primo dicit sic: Alexandro ut infinitam gloriam bellica uirtus: ita primum amorē clementiā meruit. Hinc est quod Aristoteles dicit: quod similis est comparatio regis siue praelati ad subditos, & patris ad filios, et pastoris ad oves. Ideo Christus nō Ioannem constituit principem ecclesiae sed Petrum, ut qui infirmus fuerat, & per consequens compassionem induerat, compassionis uiscera singulariter obtineret. Hæc de conditione boni praelati ex industria in superiori libellulo qui intitulatur Speculum pralatorū, omissa sunt: ut si praedictum Speculum & istud diuissim scriberentur, praelati in presenti utcumque instruere: quemadmodum etiam in sequentibus quando opus fuerit reperies.

Aeneid. 6.
Val. Max.
Ethic. 8.

S
F
cali
sed
fines
luni
am
& n
tas t
ma,
pals
gnu
lum
stus
los
obe